



NIVERSIS, & singulis attestor, & indubiam  
fidem facio Ego Franciscus Marsal Apostoli-  
ca, atque Regia auctoritatibus Not. pub. Bar-  
chinonæ, & Admodum Illustris Capituli San-  
ctæ Cathedralis Barchinonen. Ecclesiæ Scriba  
infrascriptus, & eo nomine regens, & claudens scripturas  
pub. & alias reconditas, & custoditas in Archivo pub. ipsius  
Sanctæ Ecclesiæ, quod in quodam libro formæ majoris soleis  
pergameneis cohopertis ligni, & partim corei cohoperto,  
cum duobus annulis intitulato: Tertius liber Antiquitatum; in  
dicto Archivo pub. recondito, & custodito, & in soleo nona-  
gesimo paginæ primæ ejusdem libri de littera vetera, & an-  
tiqua inveni inter alia descripta, & continuata infrascripta,  
& sequentia. Canonicis instrumur institutis, vt Rectores Ec-  
clesiarum in dispensandis rebus Ecclesiasticis semper commu-  
ni vtilitati deserviant, & vtiliora prospiciant. Ea propter Ego  
Rodlandus Dei gratia Sancti Cucuphatis Cenobij Abbas:  
cum michi commisso Fratrum Conventu Dono Ecclesiæ Bar-  
chinonensi, & Domno Ollegario ejusdem Sedis Pontifici de  
jure nostræ Matris Ecclesiæ Oratorium, quoddam Sancti Vin-  
centij de Valleaux, vt possint eam facere Parochialem Ec-  
clesiam, & mutare ibi Altare Sancti Cypriani de Aqualonga,  
ab eo loco in quo nunc est. Ipse quippe locus, & Ecclesia  
jam destructa est, & inhabitabilis facta est, propter frequen-  
tem paganorum incurSIONem, & populus qui remansit, jam  
dispersus est per multas Ecclesias. Vnde ad honorem Dei, &  
Parochia ipsa restauretur, & Populus habeat locum in quo  
conveniat, & Sacramenta fidei suæ percipiat. Damas, vt di-  
ctum est Barchinonensi Ecclesiæ, & ipsius Episcopo præfatam  
Ecclesiam Sancti Vincentij corpus solummodo videlicet Ec-  
clesiæ, cum ingressibus, & regressibus suis ad disponendum, &  
regendum Pontificali jure adicimus, ergo huic dono quan-  
dam terræ petiam ad Occidentalem ipsius Ecclesiæ partem ter-  
minatam vndique lapidibus, & signis ad sepeliendum ibi

tan-



tantummodo Fidelium mortuorum corpora eo pacto, vt ne-  
 mini vtriusque partis sit licentia aliquam Istructuram, vel aliud  
 quodlibet opus facere, sed in dominatu semper ipsius Eccle-  
 siæ maneat, & confugientes ad ipsum locum in defensione  
 Ecclesiastica, sicut in cunctis Sacris Cimiterijs persistant. Si  
 quis aduersus huic nostræ largitioni temerarius adire tenta-  
 verit nil proffit, sed reprobarus conticescat, & hæc nostra Do-  
 natio inconvulsa permaneat. Quæ facta est decima septima  
 Kal. Junij, annus Domini millesimus centesimus trigessimus.  
 ✠ Rolandus Cenobij Sancti Cucuphati Abbas. Petrus Mo-  
 nachus, Guillelmus Monachus, Ermengaudus Monachus,  
 Geraldus Monachi, Alexandri Monachi, Albertus Monachus,  
 Petrus Monachus, Stephanus Monachus, Guillelmus Mona-  
 chus, qui hoc scripsit die, & anno quo supra.

*Sig ✠ num Francisci Marsal, Apostolica, atque  
 Regia auctoritatibus, Not. pub. Barchin. & Ad-  
 modum Illustris Capituli Sanctæ Cathedralis Bar-  
 chinon. Eccles. Scrib. & eo nomine regentis, &  
 claudens superius expressas scripturas, qui prædicta  
 scripta scribere fecit, cum huiusmodi papyri soleo  
 Sigillato, & in fidem requisitus clausit, die octava  
 mensis Junij millesimo septingentesimo vigesimo  
 secundo.*

Recepi abs ho-  
 nor. Iosepho Ga-  
 rau Aromatario  
 Cive Barchinonæ  
 papyrio sigillat.  
 comprent. duas  
 libras, & duode-  
 cim solidos dico  
 ij ꝑ xij fs.

*Probatum,*

*Marsal Nos*